1291. Giugno. Como. Monastero di S.t Abbondio. Morbio 15 (10)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

In nomine dni Anno a Nativitate eiusdem Millesimo Ducentesimo Nonagesimoprimo die Jovis quinto decimo mensis Junij Indictione decima
Cum abbas et conventus Monasterij sancti abondij Cumani ex una parte. et Jacobus et fomaxius et Girardus Masceus et
guitardus et filipus fratres filij quondam dni Menaxij de sallegio de Cum. Et dna Guilla Relicta quondam sti dni Menaxij
de sallegio de Cum ex alia parte. Cum compromisissent in duos Conradum dni luterij Rusche et albertum de Inzignis tamquam
in arbitros et arbitratores et amicabiles compositores de omnibus questionibus et controversijs que Inter ipsas partes Verebantur
seu esse poterant occaxione Cuidam domus solariate cum suis pertinencijs Jacentis in Valle Cum extra porta turri ubi dicitur
in curtina et quarundam terrar et saxor Jacencium in territorio de molonxio et quacumque alia occaxione sicut manifeste apparebat per
duo publica Instrumenta tunc compromissi Inde tradita et Inbreviata per Infrascriptum Johem Regem Notarium Cum hoc Anno die Jovis
vigesimoquinto mensis madij. predicti arbitri et arbitratores et amicabiles compositores abita deliberacione super predictis
volentes ipsis questionibus finem imponere concorditer statuerunt et ordinaverunt quod predictus dns abbas et conventus eiusdem
monasterij sci abondij debeant dare et solvere ipsis Jacobo. fomaxio et Masceo fratribus Recipientibus suis nominibus et nomine eciam ad
partem dictorum. Girardi guitardi. et filipi fratrum suorum et dicte dne Guille matris ipsorum fratrum de sallegio. hinc ad festum sci andree
apostoli futurum libras octuaginta denariorum novorum in bonis denariis numeratis tantum et non in cartis nec novis Cois de Cum Cum omnibus
usuris expensis dampnis et Interesse que fient et currerent et paciuntur pro predictis omnibus denariis petendis exigendis et habendis termino predicto
et facta dicta solucione predictarum librarum octuaginta denariorum novorum dictus dns abbas et conventus et capitulum eiusdem Monasterij
sci abondij teneatur et debeat facere ipsis fratribus de sallegio et ipse dne Guille finem Remissionem et pactum de non petendo imperpetuum
de predictis denariis libris octuaginta novorum et predicte domus cum suis pertinencijs et terrar et saxor Jacencium in dicto teritorio de molonxio
et eciam quacumque alia occaxione. Et in ipsa pena fine dicti fratres de sallegio suis nominibus et nomine dne Guille matris eorum debeat
se confiteri Recepisse a suprascripto dno abbate et conventu dicti monasterij sti abondij tantum solidos viginti novorum et tunc dicti fratres de
sallegio suis nominibus et nomine dicte guille matris sue teneantur et debeant dare et consignare ipsi dno abbati et capitulo
et monasterij omnes cartas et omnia Jura que et quas habent penes eorum et dicto monasterio de predicta domo et saxo. Et eciam facere
ipsi dno abbati et conventui dicti monasterij finem remissionem et pactum de non petendo imperpetuum de dictis domo cum suis pertinenciis
et saxorum et de omni iure quod habent et eis spectet et pertinent in predictis et super predictis domo et saxis. Et predicta omnia singula
predicta dni arbitri simul et concorditer preceperunt ambabus partibus attendendi debere in quolibet capitulo in pena et sub pena in compromisso
apposita. Actum Cum in ecclesia beati Jacobi Cum. Unde plures.
Interfuerunt ibi testes Rogati. Jacobus filius quondam filipi bonis de vico de Cum. et Bonolus de Callenda filius quondam Guilli de callenda
de Cum. et Zanolus filius quondam petri qui dicebatur guercius de puslano qui stat Cruc. Et notarij luterolus Rusconi filius ser Rusconi
Rusche de Cum. Guillus de pessibus filius quondam ser Girardi de pessibus. Et paganolus paterius filius quondam ser Bonomi paterij
de Cum. Zanolus de Novezano filius dictam

Ego Johes Rex notarius Cum filius dni Alberti Regis de Cum hanc cartam tradidi et ad scribendum dedi et Rogo et messi

EGO lafrancolus de Azgurigo notarius Cum filius dictam ser Johis de Azgurigo hanc Cartam Rogatu sti Johis Regis notarij Cum scripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 15 (10)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-176465594X-11/fragment/page=1

Merbio 15 (10)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Mettrahio

1291. 10 Aug.